
Per ómnia ſecula ſeculórũ. ℟. Amẽ. ℣. Dóminꝰ vobíſcũ.
℟. Et cũ ſpíritu tu o. ℣. Surſum corda. ℟. Habêmꝰad dómi
num. ℣. Grátias a gâmus Dómino De o noſtro. ℟. Dig-
num & iuſtum eſt.
Præfatio.
Verè dignũ& iuſtum eſt,
Præfatio.
æquum & ſalu tâ re: nos tibi ſemper & vbíque gráti as
á gere Dómine ſancte pater ómnipotẽs, æ têr-
ne De us. Per Chriſtum Dómi num no ſtrum.


Q ui poſt Reſurrectiònẽ ſuã òmnibus di ſcípulis ſuis
mani feſtus ap pa ruit, & ip ſis cernen ti bus
eſt e le uâ tus in cœlum, vt nos di ui ni tâ tis
ſu æ tri bû e ret eſſe par tí ci pes. Et î deo
cum Angelis & Archángelis, cum Thronis & Dômina-
ti ó nibus, cumq; omni mili ti a cæ lé ſtis ex ér-
ci tus hym num glóri æ tu æ cá nimus ſi-
ne



ne ſi ne di cên tes.

## INFRA ACTIONEM.

COmmunicántes, & die ſacratiſsimum celebrántes: quo Dóminus noſter vnigénitus filius tuus vnitá ſibi fragilitâtis noſtræ ſubſtântiam, in gloriæ tuæ déxtera collocâuit. Sed & memóriam venerántes, in primis glorioſæ ſemperque. &c.

Et dicitur pertotum Octauam.

SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu ditur à Vigilia Pentecoſtes vſque ad ſequens ſabbatum incluſiue.



P er ómnia ſecu la ſe cu lôrum. ℟. Amen. ℣. Dóminus



vo biſcũ. ℟. Et cũ ſpí ri tu tu o. ℣. Sur ſum cor da. ℟.



Ha bêmus ad Dòminum. ℣. Grá ti as a gâ mus Dómi-



Præfatio.

no De o noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.


Verê dignum & iu ſtum eſt, æquum & ſa lu tâ re,
nos ti bi ſemper & v bíque grâ ti as â ge re,
Dòmine ſácte pater omnípotẽs, ætêrne Deꝰ: Per Chriſtũ
Dóminum noſtrũ. Qui aſcén dens ſuper omnes cœlos,
ſedenſque ad déx te rã tuam promiſſũ Spíritum ſanctũ
ho di êr na di e in fi li os adop ti ô nis ef-
fu dit. Quapropter profuſis gáudijs, to tus in orbe

terra-




## INFRA ACTIONEM.

Communicántes, & diem ſacratiſsimũ Pẽtecoſtes celebrántes: quo Spìrit⁹ ſanctus Apóſtolis innúmeris linguis appáruit. Sed & memóriã. Sequitur

Hanc igitur oblatiônem ſeruitûtis noſtræ: ſed & cunctæ famíliæ tuæ quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerâre dignâtus es ex aqua & ſpíritu ſancto, tribuens eis remiſsiônem òmnium pecca tôrum quæſumus, Dómine, vt placâtus accipias, &c,

Et dicitur ad ſequentem Sabbatum incluſiuè.

SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Feſtis ſanctæ Trinitatis.




da. ℟. Ha bē mus ad Dóminum. ℣. Gratias á gâ-
mus Dómino De o noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfa- tio.
V erè dignũ & iuſtum eſt, æquum & ſa lu tâ-
re, nos tibi ſemper & vbíque grâtias agêre, Dómine
ſancte, pa ter omní potẽs ætér ne Deus. Quí cum vni-
gêni to Fílio tu o, & Spí ri tu ſancto vnus es De us
vnus es Dò mi nus. Non in v nî us ſingu la ri tâ-


te per ſo næ, ſed in v nî us Trini tâte ſub ſtân-
tiæ. Quod enim de tua gló ri a re ue lán te te cré-
dimus, hoc de Fí li o ſu o, hoc de Spíritu ſancto, ſine diffe
rém ti a diſcretiô nis ſen tîmus. V t in cõfeſsiône veræ
ſempi ternæ que Dei tá tis, & in per ſo nis propri e-
tas, & in eſſenti a v ni tas, & in ma ie ſtâ te ado-
ré tur æquálí tas. Quam laudãt Angeli, atque Archán-
ge-



ge li Che ru bim quoque ac Sê raphím, qui non ceſsāt



cla má re quo tí die v na voce di cén tes.

Sequẽs Præfatio cũ ſuo cantu dicitur in Feſtis S. Mariæ & per eius Octauas (excepto feſto Purificationis, ĩ quo dicitur d̄ Natiuitate) & ĩ Miſsis votiuis d̄ B. M. in quib⁹ dicitur, & te in veneratione: in feſtis autẽ dicitur, & te in Annũtiatiône vel Viſitatiône, vel Aſſumptiône, vel Natiuitâte, vel Cõceptiône, ſecundum denominationẽ feſti, & in feſto S. M. ad Niues, dicitur, & in te feſtiuitâte B. M.



Per ómnia ſecula ſeculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus



vobiſcum, ℟. Et cum ſpí ritu tu o. ℣. Sur ſum cor-



da. ℟. Ha bè mus ad Dóminum. ℣. Grâtias a gâ mus



Dómine De o uoſtro, ℟. Dig num & iuſtum eſt.


Præfa-
tio.
Verè Dignũ & iuſtum eſt, æquum & ſalu tâ-
re, nos ti bi ſemper & vbique grátias à gere, Dómine
ſancte, pa ter omnipotens, ætérne Deus. Et te in ve-
ne ra ti ónæ Beâtæ Mariæ ſemper vírginis collaudâre
bene dí cere, & prædicâre. Quæ & vni genitum tuum
ſancti Spíri tus obumbrati ô ne concépit: & vírgi-
nitatis gló ri a permanente, lumẽ ætérnũ mundo effu-
dit,




SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & per Octauas eorum, & in feſtis infra eas occurrentibus, niſi propria aſsignetur


Per ómnia ſe cula ſecu lórum. ℟. Amē. ℣. Dóminus vo
bîſcum. ℟. Et cū ſpi ritu tu o. ℣. Sur ſum corda. ℟.
Ha bêmus ad Dó minum. ℣. Grá tias a gâmus Dó-
mi no De o no ſtro. ℟. Dig num & iuſtum eſt.
Præfa-tio.
Verè dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalu ta-
re Te Dómine ſuppliciter exoráre vt gregē tuum pa-
ſtor ætérne non déſeras, ſed per beátos Apóſtolos tu os
con-




SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis Duplicibus, & per Octauas eorum, & in omnibus Semiduplicibus & Dominicis diebus, vbi propria non habetur.




vobíſcum. ℟. Et cum ſpì ritu tu o. ℣. Surſum cor-
da. ℟. Habêmus ad Dóminum. ℣. Gráti as a gâ-
mus Dómino De o noſtro. ℟. Dignum & iu ſtum eſt.
Præfa-tio.
Verè dignum & iuſtum eſt, æquum & ſa lu-
tâ re, nos tibi ſemper & vbíque grá ti as á ge re,
Dómine ſancte po ter om ní potens, ætérne Deus, per
Chriſtum Dóminũ noſtrum. Per quẽ maieſtâtem tuam

lau-




Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deꝰ ſabaoth. Pleni ſunt cœli & terra glória tua. Oſanna in excélſis. Benedictus qui venit in nòmine Dómini. Oſanna in excélſis.

SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus Ferialibus Quadrageſimæ, à quarta Feria Cinerum vſque ad Sabbatum ante Dominicam Paſsionis incluſiuè.


P er ómni a ſe cula ſeculôrum. ℟. Amẽ. ℣. Dóminus vo
bíſcum. ℟. Et cum ſpíri tu tu o. ℣. Sur ſum corda. ℟.
Habêmus ad Dóminũ. ℣. Grátias agâmus Dómino Deo
noſtro. ℟. Dignũ & iuſtũ eſt.
Præfa- tio.
V eré Dignum
& iuſtũ eſt, æquũ & ſalutáre, nos tibi ſemper & vbíq; grâ
tias ágere, Dómine ſácte, pater õnipotés, ęterne Deꝰ. Q ui
corporali ieiunio viti à cõprimis, mẽtẽ éleuas, vir tuẽ largî




SEQVENS Præfatio, cum ſuo cantu dicitur in diebus Ferialibus, a Dominica Paſsionis vſque ad Feriam quintam in Cœna Domini. Et in Miſsis Votiuis ſancte Crucis.


Per ómnia ſecula ſeculórũ. ℟. Amen. ℣. Dominꝰ vo-
bíſcum. ℟. Et cnm ſpíritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Ha
bêmus ad Dóminũ. ℣. Grátias agâmús Dómino Deo
Præfa- tio.
noſtro. ℟. Dignum & iu ſtum eſt.
Præfa- tio.
Verè dignũ & iuſtum eſt, æquũ & ſalutâre, nos tibi ſem-
per & vbíque grátias ágere, Dómine ſácte, pater omnípo
tens, ætérne Deus. Qui salútem humani generis in ligno

Cru-


Crucis conſtitu íſti, vt vnde mors orie bâtur inde vi ta
re ſur geret. Et qui in ligno vincébat, in ligno quoque
vincer êtur. Per Chriſtũ Dòminũ noſtrũ. Per quẽ maieſtâ-
tem tu am laudant Angeli, a dórant domina ti ónes, tre-
munt poteſtá tes, Cæ li cælorúmque virtútes, ac beâ ta
Séraphim, ſó cia exul ta ti ône concélebrant. Cum
quibus & noſtras voces, vt admít ti iúbeas de-

pre-




SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus Ferialibus ab Octaua Paſchæ vſque ad Aſcenſionem Domini Et in Feſtis Simplicibus eo tempore occurrentibus.




dem Dómine omni témpore, ſed in hoc potiſsimũ glorió
ſius prædicáre, cúm Paſcha noſtrũ immolátus eſt Chriſtꝰ
Ipſe e nim verus eſt Angus, qui áb ſtu lit peccâ-
tamundi. Qui morté noſtrã moriêndo deſtru xit, &
vitam reſurgendo reparâuit. Et í Deo cum Angelis
& Archángelis, cum Thronis & Dominatiòbus, cũque
omni mi lí ti a cæléſtis exér citus, hymnum gló-



riæ tuæ cá nimus, ſi ne fi ne di centes.

SEQVENS Præfatio cũ ſuo cantu dicitur in Miſsis Votiuis de Spiritu ſancto.



Per ómni a ſæcula ſæculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus



vobíſcũ. ℟. Et cum ſpíri tu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.



Habêmus ad Dóminũ. ℣. Grátias agâmꝰ Dómino Deo

Præfatio.



noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.



Verè dignum & iuſtum eſt, æquum & ſa lutare, nos tibi

ſem-


ſemper & vbíque grá tias á gere, Domine ſancte. Pater
omnípotens, æterne De us. Per Chriſtum Dóminũ no
ſtrum, Qui aſcendens ſuper omnes cœ los, ſedensque
ad dex teram tuam, promíſſum Spíritũ ſanctũ in fi li os
adoptiónis effudit. Quapropter profúſis gáudijs, totus in
orbe terrârũ mũdus exúltat. Sed & ſupérnæ virtú-
tes, atque an gé li cæ poteſtá tes: hymnum gló-




SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſsis Votiuis de ſancta Trinitate.




bi ſemper, & vbíque grátias á ge re, Dòmine ſan-
cte, pater omnípoteus, ætêrne Deus. Qui cum vni-
gé ni to filio tuo, & ſpí ritu ſancto, vnus es Deus
vnus es Dóminus. Nõ in vnîus ſingularitâte per ſónæ, ſed
in vnîus trinitate ſubſtántiæ. Quód enim de tua glória
reuelánte te credimus, hoc de fi lio tuo, hoc de ſpiri-
tu ſancto, ſine differentia diſcre ti ó nis ſen tîmus: vt



in confeſsi ó ne veræ ſempitérnæq́; Dei tâtís, & in



perſónis proprietas, &in eſséntia vnitas, & in maieſtâte



adorêtur æquâ litas. Quem laudant An ge li, atque



Archãgeli, Chérubin quoque ac Sé raphin, qui non



ceſſant clamâre quoti di e vna voce dicentes.

SEQVENS Præfatio cum ſuo cantu in Miſsis Votiuis de Apcſtolis.



Per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen. ℣. Dóminus

vo-


Habêmus ad Dóminum. ℣. Grátias agâmus Dómino
Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfatio.
Verè dignum & iuſtum eſt, æquũ & ſalutâre, nos tibi ſem
per & vbíque gratias ágere, Dómine ſancte, Pater omni
potens, ætérne Deus. Per Chriſtũ Dóminum noſtrum. Per
quem maieſtâtem tuam laudãt Angeli, adórant domina
tiônes, tremũt poteſtátes. Cæli cælorúmque virtútes,




Sanctus, Sãctus, Sanctus Dóminus Deus ſabaóth. Pleni ſunt cæli, & terra glória tua. O ſanna în excélſis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. O ſanna in excélſis.

# PRÆFATIONES SINE NOTIS.

PEr òmnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.
℣. Surſum corda. ℟. Habêmus ad Dóminum.
℣. Grátias agâmus Dómino Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
VERE dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutâre, nos tibi ſemper & vbîque grâtias ágere Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Chriſtum Dñm noſtrum. Per quem maieſtâtem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Poteſtátes. Cæli cælorumque virtútes, ac beâta Sèraphin: ſócia exultatiône concélebrant. Cum quibus et noſtras vo-

ces

ces [ ] admitti iúbeas deprecâmur: ſúpplici confeſsiône dicentes.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus ſabaoth, Pleni ſunt cæli & terra glòria tua, Oſana in excélſis.

Et ideo cum Angelis & Archangelis, cum Thronis, & Dóminatiónibus cumque omnia milítia cæléſtis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus ſine fine dicentes. Sanctus, &c.

In Nat. Domini, & per Octauam, ætérne Deus.

Quia per in carnáti verbi myſtérium noua mentis noſtræ óculis lux tuæ claritâtis infúlſit: vt dum viſibiliter Deũ cognóſcimus, per hunc in inuiſibilium amôré rapiâmur. Et id. ſupra.

In Epiph. Domini, & per Oct. ætérne Deus.

Quia cúm vnigénitus tuus in ſubſtántia noſtræ mortalitâtis appáruit, noua nos ímmortalitâtis ſuæ luce reparâuit, Et ideo. vt ſuprà.

In Quadrageſima. ætérne Deus.

Qui corporáli ieiúnio vita còmprimis, mentem éleuas, virtûtem largîris & præmia. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Per quem, vt ſuprà:

De ſancta Cruce. ætérne Deus.

Qui ſalútem humáni géneris in ligno crucis conſtituiſti, vt vnde mors oriebâtur, inde vita reſúrgeret. Et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vinceretur per Chriſtum Dòminum noſtrum. Per quem, vt ſuprà.

In die Reſurrectionis, & tempore Paſchali.

æquum & ſalutáre.

Te quidem Dómine omni témpore, ſed in hac potíſsimum nocte glorióſius prædicâre, cúm Paſcha noſtrum immmolâtus eſt, Chriſtus. Ipſe enim verus eſt Agnus, qui ábſtulit peccâta mundi. Qui mortem noſtram moriéndo deſtrúxit, & vitam reſurgéndo reparâuit Et ídeo vt ſuprà.

In Aſcenſione Domini.

Per Chriſtum Dòminum noſtrum. Qui poſt reſurrectiônem ſuam ómnibus diſcípulis ſuis maniféſtus appáruit, & ipſis cernentibus eſt eleuâtus in cælum; vt nos diuinitátis ſuæ tribúeret eſſe partícipes. Et ídeo. vt ſup.

De ſancto Spiritu.

Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Qui aſcéndens ſuper omnes cælos, ſedenſque ad déxteram tuam, promíſſum Spíritum ſanctum hodiérna die in filios adoptiônis effúdit. Quapròpter profúſis gáudiis, totus in orbe terrârum mundus exúltat. Sed & ſupérnæ virtútes atque angélicæ poteſtátes hymnum glóriæ tuæ concinunt, ſine fine dicèntes.

De ſancta Trinitate. ætérne Deus,

Qui cũ vnigénito Fílio tuo, & Spiritu ſancto vnus es Deus, vnus es Dominus. Non in vnîus ſingularitâte perſónæ ſed in vnîus Trinitâte ſubſtantiæ. Quod enim de tua glória reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu ſancto, ſine differentia diſcretiônis ſentîmus. Vt in confeſsiône ve

ræ ſempiternæque Deitâtis, & in perſonis proprietas, & in eſſentia vnitas, & in maieſtâte adorétur æqualitas. Quem laudant Angeli, adorant Dominationes. vt ſuprà.

De ſancta Maria. ætérne Deus.

Et te in veneratiône Beatæ Mariæ ſemper vîrginis collaudáre, benedìcere, & prædicáre. Quæ & vnigénitum tuum ſancti Spiritus obumbratiône concêpit: & virginitátis glóriâ permanênte: lumen ætérnum mundo effúdit, Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum. Per quem, vt ſuprà.

De Apoſtolis.

æquum & ſalutâre.

Te Dómine ſupplíciter exorâre: vt gregem tuum paſtor ætérne non déſeras: ſed per beátos Apoſtolos tuos contínua protectiône cuſtódias. Vt iiſdé rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eîdem contuliſti præéſſe paſtóres. Et ideo, vt ſuprà.

COMMVNICANTES.

In die Natalis Domini, & per Octauam.

Communicántes & (diē) vel (noctē ſacratiſsimā) vel (ſacratiſsimum) celebrantes: (qua) vel (quo) beátæ Mariæ intemeráta virgínitas, huic mundo édidit Saluatôrem. Sed & memóriam venerántes, in primis eiúſdé glorióſæ ſemperque vírginis Mariæ genitrícis eiúſdem Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatôrum Apoſtolorum. vt in Canone.

In die Epiphaniæ, & per Oct.

Communicántes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo vnigénitus tuus in tua tecum glória coætérnus in veritâte carnis noſtræ viſibiliter corporalis appáruit. Sed & memòriam venerántes: in primis. vt in Canone.

In Tempore Paſchali.

Cōmunicántes, & (diē) vel (noctē) (ſacratíſsimū) vel (ſacratíſsimā) celebrántes Reſurrectiônis Dòmini noſtri Ieſu Chriſti ſecúndum carnem. Sed & memóriam venerántes: in primis. vt in Canone.

In Aſcenſione, & per Octau.

Communicántes, & diem ſacratíſsimum celebrántes: quo Dóminus noſter vnigénitus filius tuus vnîtam in glóriæ tuæ déxtera collocáuit. Sed & memóriam venerántes, in primis. vt in Canone.

In die Pentecoſtes & per Octauam

Communicántes, & diem ſacratíſsimum Pentecóſtes celebrâtes: quo Spíritus ſanctus Apoſtolis innúmeris linguis appáruit. Sed & memóriam venerantes, in primis. vt in Canone.

In Vigilia, die, & Oct. Paſchæ, & Pentecoſtes.

Hanc ígitur oblatiônem ſeruitûtis noſtræ: ſed & cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus: pro his quoque quos regenerâre dignâtus es ex aqua & ſpíritu ſancto, tribuens eis remiſsiônem ómnium peccatôrum: quæſumus, Dómine. vt in Canone.

# CANTANDI PRÆFATIONES MODVS SEQVITVR.

Emendatus intonãdi modus in præfationibus cãtandis, alijſque quam plurimis, incipit, ordine etiam & regulis illuſtratus, ac in dictionibus accentus rationem integrè obſeruans, iuxta Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, Emmanuele Cardoſo Regalium Sacrorum Præcentore, & almæ Leirienſis Eccleſiæ Theſaurario Authore.

FESTORVM Præfationes quadratis figurantur notulis, vel abſque virgula, vt hic ■, vel cum virgula ad latus dextrum deſcendente, vt hic , vel obliqua notula cum virgula ad ſiniſtrum latus deſcendente, vt hic vel cum duplici, aut triplici ligatura, vt hic Quadratæ verò notulę virgula carentes breuiantur, & ad menſuram notulæ ſemibreuis (quæ ſic deſcribitur, ◆,) æqualiter cantantur. Notulæ autem virgulas habentes, & deſcendentes tam ad latus dextrum vt hic quàm ad ſiniſtrum, vt hic etiã ſi duæ quadratæ ligatæ ſint, vt hic detinentur: & ad mẽſuram notulæ breuis, quæ ſic de pingitur, ■ ęqualiter canũtur. Cúm verò ligatura ex tribus quadratis notulis conflatur, prima & ſecunda breuiantur, & iuxta ſemibreuis rationẽ cantantur: tertia autem detinetur, quia cum virgula figuratur, & breuis rationem obſeruat, vt hic ſi vero ligatura fiat ex quadrata notula & obliqua, vt hic eodẽ modo, quo ligatura ex tribus quadratis, canitur.

Ferialium verò præfationum notulæ eodem, quo figurantur modo breuiantur, vel detinentur, & iuxta ſemibreuis ac breuis rationem cantantur: & ſic omnes ſemibreues ſemper æqualiter breuiantur: in breuibus verò ſemper ſemibreuium æqualiter geminatur detentio.

## Candidiſsimo Cantori.

NOtabis ſuauiſsime modulator, quod in ſequenti modulatione linearum inciſiones tripliciter inuenies: vt in earum qualibet reſpirationem aſſumere poſsis. In prima inciſione quam ſic deſcripta inuenies in modulaminis ordine breuis punctus ſemper præcedet, in qua ſpirationem breuem ſuſcipies: quod ideo ſic fecimus, vt vltima illa ſyllaba, integra, &

pronuncietur voce: non autem hoc factum eſſe credas, vt eandem vltimam ſyllabam adeo longam producas, quód accentus vis in eàdem remanere videatur: ſed vt eiuſdem ſyllabæ integra ſit pronunciatio. In ſecunda autem inciſione quam ſic delineatã inuenies modulátionis mediatio ſemper occupabit: in qua reſpirationem breuem ſuſcipias. In tertia verò inciſione quam ſic depictam inuenies largius tibi erit ſpiramen aſſumendum.

TOdos os prefacios das feſtas eſtão apontados per póntos quadrados & alphados, dos quaes os que não tem virgulas ou rabos ſe correm igoalmente cantandoſe a conta de ſemibreues, & os que tem virgulas á parte dereyta pera baixo como aqui ,ainda que ſeja ligadura de dous pótos como aqui ,ou que as tenhão a par te eſquerda pera baxo como a quy todos eſtes pótos tem detença, & ſe cantam á conta de breues, & ſendo algũa ligadura de tres pontos como aquy os primeyros dous ſe correm cantandoſe como ſemibreues, & o terceyro da ligadura por tér virgula ſe detém cantandoſe a cõta de breue, & ſe a ligadura for de póto quadrado & alphado como aquy ſe cantará da meſma maneyra que acima ſe cãtou á ligadura de tres pótos: pela que todos os pontos quadrados ſem virgulas ſe correm, & os que as tem há nelles dobrada detença do tempo que nos ſemibreues ſe gaſta.

Os prefacios ferias ſe cantam á conta de ſemibreues, & breues, aſsycomo eſtão apontados: pelo que todos os ſemibreues igoalmente ſe correm, & nos breues ſe dobra á detença dos ſemibreues.

# SACERDOS EXTENDENS ET IVNGENS MANVS,

## Eleuans ad Cœlum oculos & ſtatim demittens, inclinatus ante Altare dicit.



TE IGITVR CLEmentiſsime pater, per Ieſum Chriſtum filium tuum Dñm noſtrũ, ſupplices rogâmꝰ, ac pêtimꝰ, Oſculatur altare, Vti accéptaha hâbeas, & benedícas. Signet ter ſuper oblata: Hæc ✠ dona, hæc ✠ múnera, hæc ✠ ſancta ſacrificía illibâta. Extẽſis manibus proſequitur. In primis quæ tibi offerimꝰ pro Ecclêſia tua ſãcta cathólica: quã pacificâre, cuſtodîre, adunare & regere dignêris toto orbe terrárũ: vná cũ fámulo tuo Papa noſtro N. & Antíſtite noſtro N. & Rege noſtro N. & ómnibus orthodoxis, atque Cathólicæ & Apoſtôlicæ fidei cultôribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmênto, dñe, famulorũ famularũq; tuarum N. iungit manus, orat aliquãtulũ pro quibus orare intendit deinde extẽſis manibꝰ proſequit[ur]. Et ómnium circũſtãtium, quorũ tibi fides cognita eſt & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi ôfferũt hoc ſacrificiũ laudis, pro ſe, ſuiſq; ómnibꝰ: pro redẽptione animar[um] ſu[arum], pro ſpe ſalútis & in[columita]tis ſuæ, tibique red[dunt vota] ſua ætèrno Deo viu[o & vero].

Infra actio[nem]

COmmunicantes, & memóriã venerãtes: in primis glorióſæ ſemperq; virginis Mariæ genitrîcis Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatórũ Apoſtolórũ ac Màrtyrum tuórum: Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioãnis, Thómæ, Iacobi, Philippi Bartholomæi, Matthæi, Simònis & Thadæi: Lini, Cleti Clementis, Xiſti, Cornelij, Cypriáni, Laurentij, Chryſogòni, Ioánnis & Pauli, Coſmæ & Damiáni. Et omnium Sanctôrum tuórum: quorũ meritis precibúſque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxílio. iungit manus. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrũ Amen.

Tenens manus extenſas ſuper oblata dicit.

HAnc igitur oblatiónem ſeruitûtis noſtræ: ſed & [illegible]iliæ tuæ quæſumus [illegible] placatu accipias [illegible] noſtros in tua pace [illegible] atque ab æterna dã[illegible] nos eripi, & in electôrum tuôrum iúbeas grege numerári. iungit manus. Per Chriſtum Dóminum noſtrũ Amen.

QVam ablatiônẽ tu Deus in ómnibus, quæſumus ſignat ter ſuper oblata. Bene ✠ dictam, aſcri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilẽ: acceptabilemque facere dignêris: ſignat ſemel ſuper hoſtiam: & ſemel ſuper calicẽ: vt nobis Cor ✠ pus, & San ✠ guis fiat dilectíſsimi filij tui Dòmini noſtri Ieſu Chriſti.

QVi prídie, quâm paterẽtur: accipit hoſtiam: accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: eleuat oculos ad cœlũ: Et eleuâtis óculis in cœlum ad te Deum Patrem ſuum omnipotẽtem tibi grátias agẽs: ſignat ſuper hoſtiã, bene ✠ díxit, fregit dedítque Diſcípulis ſuis dicens: Accípite & manducâte [illegible] hoc omnes.

[illegible] ambabus manibus [illegible] et verba con[illegible] ſecrete

# Hoc eſt enim corpus meum.

Prolatis verbis conſecrâtionis, ſtatim hoſtiam conſecratam genuflexus adorat: ſurgit, oſtendit populo: reponit ſuper corporale, iterum adorat: & non diſiungit pollices & indices, niſi quando hoſtia tractanda eſt, vſque ad ablutionem digitorum. Tùnc detecto calice dicit.

SImili modo pôſtquam cœnâtum eſt: ambabus manibus accipit calicem: accípiēs & hunc præclarum cálicē in ſanctas ac venerâbiles manus ſuas: item tibi grâtias agens, ſiniſtra tenens calicem, dextra ſignat ſuper eum. Bene ✠ dixit, deditq; Diſcípulis ſuis, dicens. Accípite & bibite ex eo omnes. Profert verba conſecrationis ſuper calicem, tenens illum parum eleuatum.

# Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & ęterni teſtamēti, myſteriū fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.

Prolatis verbis conſecrationis deponit calicē ſuper corporale, & genuflexus adorat ſurgit, & oſtendit populo: dicens. Hæc quotieſcúnque fecéritis, in mei memóriam faciètis. deponit, cooperit, & iterum adorat.

Deinde deſiunctis manibus dicit.

VNde & mem[...]
ne nos ſe[...]
plebs tua ſ[...]
ſti filii [...]

beatæ Paſsiónis, nec non & ab inferis Reſurrectiónis, ſed & in cœlos glorióſæ Aſcēſiónis, offérimꝰ præcláræ maieſtáti tuæ, de tuis donis ac datis, *ſignat ter ſuper hoſtiam & calicem ſimul,* hôſtiam ✠ purā: hóſtiā ✠ ſanctam: hoſtiam ✠ immaculâtam, *ſignat ſemel ſuper hóſtiam, & ſemel ſuper calicem,* Panem ✠ ſanctum vitæ ætêrnæ, & câlicem ✠ ſalútis perpétuæ.

*Extēſis manibꝰ proſequitur.*

SVpra quæ propítio ac ſeréno vultu reſpicere dignêris: & accépta habère, ſicuti accépta habêre dignátus es múnera pùeri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriárchæ noſtri Abrahæ: & quod tibi óbulit ſummus Sacèrdos tuus Melchíſedec, ſanctum ſacrificium, immaculâtam hoſtiam.

*Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.*

SVpplices te rogamus omnipotens Deus: iube hæc perferri per manus ſancti An[illegible] [illegible] ſublime altare tuū [illegible] diuinæ maieſtatis tuæ. Vt quótquot, *oſculatur Altare,* ex hac altaris participatiône, ſacro ſanctum filij tui, *ſignat ſemel ſuper hoſtiam, & ſemel ſuper calicem,* Cor✠pus & ſan✠guinem ſumpſerimus *Se ipſum ſignat,* omni benedictiône cæléſti & grátia repleamur. Per eūdem Chriſtum Dóminum noſtrum Amen.

*Cōmemoratio pro defunctis.*

MEmēto etiam, Dómine famulôrum famularumque tuarum: qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dórmiunt in ſomno pacis. *N. iungit manus, orat aliquātulum pro his Defunctis pro quibus orare intendit: deinde extenſis manibus proſequitur.*

Ipſis Dómine, & omnibus in Chriſto quieſcéntibus, locū refrigerij, lucis, & pacis, vt indùlgeas, deprecamur. Per eūdem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

*Percutit pectus elata parum voce dicens.*

NObis quoque peccatôribus famulis tuis, de multitu-

titúdine miſeratiónum tuârum ſperàntibus, partem áliquam & ſocietâtem donare dignêris, cũ tuis ſanctis Apóſtolis & Martyrib9: cũ Ioánne, Stéphano, Mathía, Bârnaba, Ignàtio, Alexãdro, Marcellíno, Petro, Felicitâte, Perpétua, Agatha, Lucia, Agnête, Cæcilia, Anaſtáſia: & ómnibus Sanctis tuís. Intra quorum nos conſortiũ, non æſtimâto amèriti, ſed veniæ, quæſumus, largîtor admítte. Per Chriſtum Dóminũ noſtrũ.

PEr quem hæc ómnia Dómine ſemper bona creas

Signat ter ſuper hoſtiã & calicẽ ſimul dicẽs Sã ✠ ctificas: viuí ✠ ficas: bene ✠ dícis, & præſtas nobis, diſcooperit calicẽ, genuflectit, accipit ſacramentũ dextera, tenẽs ſiniſtra calicẽ: ſignat cũ hoſtia ter, á labio ad labiũ calicis dicẽs Per ip ✠ ſum: & cũ ip ✠ ſo: & in ip ✠ ſo: bis ſignat iter pect9 & calicẽ eſt tibi Deo patri ✠ omnipotẽti: in vnitate Spíritus ✠ ſancti: eleuans parũ calicem cũ hoſtia dicit omnis honor & glória, reponit hoſtiam, cooperit calicẽ, genũflectit, ſurgit & dicit.

IN FESTO SOLEMNI.



Iungit manus.

Per ómni a ſecula ſecu lò rum. ℟. Amen.



Orêmus Præceptis ſalu tá ribus moni ti, & di uí na



Exten[...]

inſti tu ti ô ne formati, audémus d[...]


Pa ter no ſter, qui es in cœlis. Sancti ſi cê tur no men
tu um: Adué ni at regnum tuum. Fiat volúntas tua,
ſi cut in cœ lo & in ter ra. Panem noſtrum quo ti-
di â num da no bis hó di e. Et di mítte nobis debi-
ta no ſtra, ſi cut & nos dimít ti mus debi tó ribus no-
ſtris. Et ne nos in dúcas in ten ta ti ô nem. ℟. Sed
Sacerdos ſecrete reſpõdet Amen


Per ómni a ſe cu la ſe cu lô rum. ℟. A men.
O rémus. Præ céptis ſa lu tâ ri bus móni ti, & di uína
inſti tu ti ó ne formàti audêmus di cere.
Pa ter no ſter, qui es in cœ lis. Sanctiſi cê tur no men
tuum. Adueniat regnum tuum. Fi at volúntas tu a
ſi cut in cœlo & in ter ra. Panem noſtrum quoti
da no bis hó di e.







Sacerdos ſubmiſſa voce dicit.

Amen.

Deinde accipit patenam inter indicem & medium digitos, & dicit.

Libera nos, quæſumus, Dómine, ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris: & intercedénte beata & glorióſa ſemper vírgine Dei genitrice Maria, cum beâtis Apoſtòlis tuis Petro & Paulo, atque Andréa & omnibus ſanctis: ſignat ſe cum patena à fronte ad pectus.

Da propîtius pacem in diêbus noſtris vt ope miſericórdiæ tuæ adiuti, & à peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatiône ſecuri.

Submittit patenam hoſtiæ, diſcooperit calicé, genuflectit, ſurgit, accipit hoſtiã, frangit eam ſuper calicem per mediũ, dicens Per eúndem Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuũ. Partem quæ in dextera eſt, ponit ſuper patena. Deinde ex parte quæ in ſiniſtra remanſerat, fragit particulam dicẽs. Qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spiritus ſancti Deus. Aliam mediam partem cum ipſa ſiniſtra ponit ſuper patenam, & dextera tenens particulã paruam ſuper calice, ſiniſtra calicem dicit.




Cum ipſa particula ſignat ter ſuper calicem, dicens.

Particulam ipſam imponit in calicem, dicens ſecretè.

HÆc commiſtio & cōſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitam æternam Amen.

Cooperit calicem, genuflectit, ſurgit & inclinatus Sacramento, iunctis manibus, & ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In Miſsis pro Defunctis omiſſo miſerere nobis. dicitur, dona eis requiem: & tertio additur, ſempiternā.

Deinde iunctis manibus inclinatus dicit ſequentes orationes.

DOmine Ieſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ tuæ, eamque ſecundum voluntatem tuam pacificare & coadiuuare digneris. Qui viuis & regnas Deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Si adſit qui pacem recipiat oſculatur altare, & dans pacem dicit. Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

In Miſsis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, fili Dei viui,

per hoc ſacro ſanctum corpus, & ſanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuerſis malis: & fac me tuis inhærere mādatis, & à te nunquā ſeparari permittas. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorū. Amen.

PErceptio corporis tui, Dn̄e Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſumere præſumo, non mihi proueniat in iudiciū & condemnationē, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamen mētis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis & regnas cū Deo Patre, in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

genuflectit, ſurgit & dicit.

PAnem cæleſtem accipiam, & nomen Domini inuocabo. accipit ambas partes hoſtiæ inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, & patenam, inter eundem indicem & medium, & dextera percutiens pectus, dicit ter.

DOmine non ſum dignus, vt intres ſub tectū meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Poſtea dextera ſe ſignans cum hoſtia ſuper patena dicit.

COrpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meā in vitam æternam. Amen. ſumit ambas partes hoſtiæ, iungit manus, & quieſcit aliquantulum. Deinde diſcoperit

ſalutâris accípiam, & nomen Dómi nî inuocabo. Laudans inuocabo Dó minũ, & ab inimícis meis ſaluus ero.

*Accipit calicem, & eo ſe ſignas dicit*

SAnguis Dómini noſtri Ieſu Chri ſti cuſtódiat ánimam meam in vi tam ætérnam. Amen.

*Sumit totum Sanguinẽm cum par ticula: Quo ſumpto, ſi qui ſunt com municandi, eos communicet, antequã ſe purificet. Poſtea dicit.*

QVod ore ſumpſimus, Dómine, pura mente capiámus: & de múnere temporali fiat nobis remédi um ſempitérnum.

*Interim porrigit calicem miniſtro qui infundit ei parum vini quo ſe puri ficat: deinde proſequitur.*

COrpus tuum, Dómine, quod ſumpſi, & ſanguis quem potaui adhæreat viſcéribus meis, & præſta: vt in me non remáneat vlla ſcélerum mácula: quem tam pura & ſancta reſe cerunt Sacraménta. Qui viuis & re as in ſecula ſeculórum. Amen.

*Abluit digitos, extergit, & ſumit lutionem, extergit calicẽ, & plica corporali more ſolito proſequitur Miſſam. Dicto poſt vltimã orationẽ.*

Dóminus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo, *dicit pro Miſſæ qualitate.* Ite miſſa eſt, *vel* Benedicâmus Dño. ℟. Deo grátias. *In Miſſa Defunctorum*

Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

*e Paſchali, hoc eſt, à Miſſa ... ad Sabbatum in*




*In Feſtis Duplibus.*




*In Miſsis beatæ Mariæ.*




*In Feſtis Semidupl infra Oct. quæ nõ ſunt B. Mariæ, & Dominicis diebus infra annum.*








In Feſtis Simplicibus.

ſa eſt.



I te miſ ſa eſt·

In Dominicis diebus tempore Aduentus & Quadrageſimæ.



Benedi câ mus Dó mino.

Alijs Dóminicis per annum.



Benedi câ mus Dó-



mi no.

In Ferijs.





Requi eſ cant in pa ce.

In Simplicibus.



Requi eſ cant in pa ce.

Dicto I te miſſa eſt, vel Benedicâmus Dómino, inclinat ſe ante medium Altaris, & dicit.

PLáceat tibi ſancta Trínitas obſequiũ ſeruitûtis meæ, & præſta: vt ſacrificium quod ôculis tuæ maieſtâtis indignꝰ óbtuli. tibi ſit acceptábile, mihiq́; , & ómnibus, pro quibus illud ób tuli, ſit te miſeránte propitiábile. Per Chriſtum Dñm noſtrum. Amen.

Deinde benedicit populũ, Benedicat vos omnipotens Deus, Pa✠ter: & Fi✠lius, & Spíritus ✠ ſanctus. In Miſsis priuatis ſemel tantũ benedicit. Deinde dicto. Dóminus vobiſcum, & Sequéntia &c ſe ſignans vt ſuprà in Euangelio Miſſæ: legit Euangelium ſecúndum Ioanem, In principio erat verbum. vel aliud Euangelium, vt dictum eſt in Rubricis generalibus. In Miſſa Defunctorum non datur benedictio, ſed dicto Requieſcant in pace. dicit vt ſuprà Placeat. deinde Euágelium S. Ioánnis. Finito Euangel S. [illegible] actio [illegible]




Roman. IIII.



Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtrā.



## DOMINICA RESVR rectionis Domini.

Statio ad ſactam Mariam maiorem.

Introitus.



Pſ.238. RESVRREXI, & adhuc tecũ ſum, alleluia: poſuiſti ſuper me manum tuam, Alleluia: mirabilis facta eſt ſciéntia tua, Alleluia, alleluia.

Ibidẽ. Pſal. Dómine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsiônem meam & reſurrectiônem meam. ℣. Glória patri.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die, per vnigénitum tuum, æternitatis nobis áditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ præueniéndo aſpiras, etiã adiuuándo proſéquere. Per eúndem.

Léctio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.Ca 5 Fratres: Expurgáte vetus ferméntum: vt ſitis noua cõſpérſio, ſicut eſtis ázymi. Etenim paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus. Itaque epulêmur: non in ferménto véteri, neque in ferménto malitiæ & nequitiæ: ſed in ázymis ſynceritátis & veritátis.

Graduale. Hæc dies quam fecit Dóminus, exultêmus & lætêmur in ea. ℣. Confitémini Dómino, quóniã bonus: quoniam in ſæculum miſericórdia eius. Alleluia, alleluia. ℣ Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus.

Sequentia.

Victimæ paſcháli laudes immolent Chriſtiáni. Agnus redêmit oues: Chriſtus ínnocens patri reconciliáuit peccatóres. Mors, & vita, duéllo conflixêre mirándo: dux vitæ, mórtuus regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidiſti in via? Sepúlchrũ Chriſti viuentis: & glóriam vidi reſurgéntis. Angélicos teſtes, ſudariũ, & veſtes. Surréxit Chriſtus ſpes mea: præcêdit vos in Galilæam. Scimus Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis verè: tu nobis victor rex miſerére. Amen. Alleluia.

Sequencia dicitur vſque ad Sabbatum in albis incluſiuè.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſecúndum Marcum.

In illo tẽpore: Maria Magdalẽne, & Maria Iacóbi, & Salome emérũt aromata: vt veniẽtes, vngerẽt Ieſum. Et valde mane vna ſabbat[h]orũ, véniunt ad monuméntũ, orto iam ſole. Et dicébant ad inuicem Quis reuoluet nobis lapidem ab óſtio monuménti? Et reſpiciéntes, vidérũt reuolútum lapidem, Erat quippe magnus valde, Et introeúntes in monuméntum, vidérunt iuuenem ſedẽtẽ

in dexteris, coopértum ſtola cándida: & obſtupuérunt. Qui dixit illis. Nolí te expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarénum, crucifixū: ſurrexit, non eſt hîc: ecce locus, vbi poſuérūt eum. Sed ite, dicite diſcípulis eius, & Petro: quia præcêdet vos in Galilæá. ibi eum videbitis: ſicut dicit vobis.

3. Credo. Offertorium. Terra trémuit, & quiêuit, dum reſúrgeret in iudício Deus, Alleluia. Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, preces pópuli tui cū oblatiónibus hoſtiârum: vt paſchalibus initiata myſtérijs: ad æternitâtis nobis medelam te operánte proficiant. Per Dóminum.

5 Comunio. Paſcha noſtrū immolâtus eſt Chriſtus, Alleluia: itaq; epulêmur in ázymis ſynceritâtis & veritâtis, Alleluia, alleluia, alleluia. Poſtcō.

SPiritūm nobis Dómine tuæ charitâtis infúnde: vt quos ſacraméntis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietáte concórde. Per. in vnitâte eiuſdē.

Poſt. Dn̄s vobiſcum, dicitur ite miſſa eſt, alleluia, alleluia. ℟. Deo gratias. Alleluia. Alleluia. Sic dicitur vſque ad Sabbatū in Albis incluſiuè.

Infra Octauā Paſchæ nō fit de aliquo feſto duplici vel ſemiduplici, ſed poſt Octauā celebratur. De ſimplici autem fit tantum cōmemoratio poſt triduū.

## FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

INtrodúxit vos Dn̄s in terram fluéntem lac & mel, Alleluia: & vt lex Dómini ſēper ſit in ore veſtro, Alleluia, alleluia. Pſal. Cōfitêmini Dn̄o, & inuocate nomen eius annunciáte inter gentes ópera eius. ℟. Gloria patri. Ps.104

Oratio.

DEus, qui ſollemnitáte paſchâli mundo remédia cōtuliſti pópulum tuum, quæſumus, cæleſti dono proſéquere: vt & perfectam libertâtē cónſequi mereátur: & ad vitam proficiat ſempitérnam. Per Dóminum.

Lectio actuum apoſtolórum.

IN diebus illis: Stans Petrus in médio plebis, dixit. Viri fratres, vos ſcitis, quod factum eſt verbum per vniuérſam Iudæam: incípiens enim à Galilæa, poſt baptiſmū quod prædicâuit Ioannes, Ieſum à Nazareth: quómodo vnxit eum Deus ſpíritu ſancto & virtûte: qui pertránſit benefaciendo, & ſanándo omnes opprèſſos à diábolo: quóniam Deus erat cū illo. Et nos teſtes ſumus ómniū quæ fecit in regiône Iudæorum & Hieruſalem: quem occidérūt ſuſpendentes in ligno. Hūc Deus ſuſcitâuit tértia die, & dedit eum maniféſtum fieri, non omni pópulo, ſed téſtibus præordinâtis à Deo, nobis qui manducáuimus & bibimus cum illo poſtquam ſurréxit à mórtuis Et præcêpit nobis prædicâre pópulo, & teſtificari quia ipſe eſt qui conſtitûtus eſt à Deo iudex viuórum & mortuôrum. Huic omnes prophètæ teſtimónium pérhibent, remiſsiônem peccatôrū accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Ca.10

Graduale. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultêmus, & lætêmur in Ps.117.

ea. ℣. Dicat nunc Iſraël, quóniã bo nus, quóniam in ſæculum misericór
Ma 28 dia eius. Alleluia, alleluia. ℣. Ange lus Dómini deſcéndit de cœlo: & accédés reuóluit lápidem, & ſedébat ſuper eum. Sequentia Víctimæ Paſchali, cum Alleluia in fine, vt ſuprà in Dominica Reſurrecti.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

Ca 24. IN illo témpore: Duo ex diſcípulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellũ, quód erat in ſpátio ſtadiórum ſexaginta ab Hieruſalé, nómine Emmaus. Et ipſi loquebantur adinuicé de his ómnibus quæ acciderãt. Et factũ eſt: dum fabularéntur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropínquans ibat cum illis. Oculi autem eorũ tenebántur, ne eũ agnóſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermónes, quos confértis ad inuicé ambulantes, & eſtis triſtes? Et reſpóndens vnus cui nomen Cleóphas, dixit ei. Tu ſolus peregrínus es in Hieruſalé, & nõ cognouiſti quæ facta ſunt in illa, his diéb⁹? Quib⁹ ille dixit. Q. Et dixérunt. De Ieſu Nazaréno, qui fuit vir prophéta, potés, in ópere & ſermóne coram Deo & omni pópulo. Et quómodo tradidérunt eũ ſummi ſacerdotes & principes noſtri in dãnatiónem mortis: & crucifixérunt eũ. Nos auté ſperabamus, quia ipſe eſſet redemptúrus Iſraël. Et nũc ſuper hæc ómnia tértia dies eſt hódie quód hæc facta ſunt. Sed & mulíeres quędã ex noſtris terruérunt nos, quæ ante lucé fuérunt ad monuméntũ: & non inuénto córpore eius, venérunt, dicéntes ſe étiam viſiónem angelórũ vidiſſe, qui dicũt eum víuere. Et abiérunt quidã ex noſtris ad monuméntum: & ita inuenérunt, ſicut mulíeres dixérũt: ipſum verò non inuenérũt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti, & tardi corde ad credendum in ómnibus quæ locuti ſunt prophétę. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intráre in gloriam ſuam? Et incipiens à Móyſe & ómnibus prophétis, interpretabátur illis in omnibus ſcriptúris quæ de ipſo erant. Et appropinquauérũt caſtello quó ibant: & ipſe finxit ſe lóngius ire. Et coegérunt illũ dicétes. Mane nobiſcũ, quóniã adueſperaſcit, & inclináta eſt iam dies. Et intráuit cũ illis. Et factũ eſt: dũ recúmberet cũ illis, accépit panem, & benedixit ac fregit, & porrigébat illis. Et apérti ſunt óculi eórũ: & cognouérunt eum: & ipſe euánuit ex óculis eórum. Et dixérunt ad ínuicem. Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loquerétur in via, & aperíret nobis ſcriptúras? Et ſurgéntes eãdé hora regreſſi ſunt in Hieruſalém: & inuenérunt cõgregátos vndecim, & eos qui cum ipſis erãt, dicéntes: quia ſurréxit Dñs verè: & appáruit Simóni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via: & quómodo cognouérũt eũ in fractióne panis.

Credo. Offerto. Angelus Dñi deſcéndit de cœlo, & dixit mulíeribus quem quæritis, ſurrexit, ſicut dixit, Alleluia.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, preces pópuli tui cũ oblationibus hó-

ſtiarum: vt paſchalibus initiâta myſtê
rijs, ad æternitatis nobis medélam te
operánte proficiant. Per Dòminum.
4. Cōmunio. Surréxit Dñs, & appâ
ruit Petro, Alleluia. Poſtcomunio.

SPiritum nobis Dómine tuæ cha-
ritâtis infunde: vt quos ſacramẽtis
paſchalibus ſatiáſti, tua facias pietâte
concórdes. Per dñm in vnitâte eiúſdẽ.

## FERIA TERTIA.

### Statio ad ſanctũ Paulum.

### Introitus.

5 AQua ſapientiæ pota-
uit eos, Alleluia: fir-
mábitur in illis, & non
flectétur, Alleluia: &
exaltáuit eos in ęternũ
4 Alleluia, alleluia. Pſalm. Confitemi
ni Dómino, & inuocâte nomen eius:
annúnciate inter gentes ópera eius.
℣. Glória patri.

### Oratio.

DEus, qui eccléſiam tuã nouo ſem
per fœtu multiplicas: concede fa
mulis tuis: vt ſacramẽtũ viuẽdo té
neât, quod fide percepérũt Per Dñm.

### Lectio actuum Apoſtolorum.

13 IN diébus illis: Surgens Paulus, &
manu ſiléntium indicens, ait. Viri
fratres, filij géneris Abrahám, & qui
in vobis timent Deum: vobis verbũ ſa
lûtis huius miſſum eſt. Qui enim habi
tant Hieruſalem, & príncipes eius ig
norántes Ieſum, & voces prophetarũ
quæ per omne ſabbatum legũntur, iu
dicantes implevérũt: & nullá cauſam
mortis inueniéntes in eo, petièrunt à
Pilato: vt interficerẽt eũ. Cumq; con
ſummâſſent ómnia quæ de eo ſcripta
erant: deponéntes eum de ligno, po-
ſuérũt eum in monumento. Deus autẽ
ſuſcitâuit eum à mortuis tértia die.
Qui viſus eſt per dies multos his, qui
aſcénderât ſimul cum eo de Galilęa in
Hieruſalẽ: qui vſq; nũc ſunt teſtes eius
ad plebem. Et nos vobis annũciâmus
eam, quæ ad patres noſtros repromiſ
ſio facta eſt: quóniam hanc Deus ad im
pléuit filijs veſtris, reſuſcitans Ieſum
Chriſtum Dòminum noſtrum.

Graduale. Hæc dies quam fecit Pſ.117.
Dóminus: exultêmus & lætêmur in
ea. ℣. Dicant nũc qui redẽpti ſunt Pſ.106
à Dómino: quos redèmit de manu ini
mici: & de regiónibus congregâuit
eos. Alleluia, Alleluia. ℣. Surrexit
Dóminus de ſepúlchro, qui pro nobis
pepẽdit in ligno. Sequentia Victi-
mæ Paſchali. vt ſuprà in Dominica.

### Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tẽpore: Stetit Ieſus in mé- Ca.24.
dio diſcipulorum ſuôrum, & dicit
eis. Pax vobis. Ego ſum: nolíte timê
re. Conturbâti verò & contérriti, exi
ſtimabant ſe ſpíritum vidêre. Et dixit
eis. Quid turbati eſtis, & cogitatiónes
aſcéndunt in corda veſtra? Vidête ma
nus meas, & pedes meos: quia ego ipſe
ſum. Palpâte & vidête: quia ſpíritus
carnem & oſſa non habet, ſicut me vi
dêtis habêre. Et cúm hoc dixiſſet, oſtẽ
dit eis manus & pedes. Adhuc autem
illis non credéntibus & mirantibus
præ gaudio, dixit. Habêtis hic aliquid
quod manducêtur. At illi obtulérunt

ei partem piſcis aſsi, & fauum mellis. Et cùm manducâſſet coram eis, ſumens relìquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc ſunt verba quę locûtus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobìſcum: quòniã necéſſe eſt impléri ómnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophé tis, & pſalmis de me. Tunc apéruit illis ſenſum, vt intellígerẽt ſcriptúras. Et dixit eis. Quóniam ſic ſcriptũ eſt, & ſic oportébat Chriſtum pati, & reſurgere à mórtuis die tértia: & prædicári in nómine eius pœniténtiã & remiſsiônẽ peccatôrum in õnes gentes.

Pſ.17. Credo. Offertorium. Intónuit de cœlo Dóminus: & altiſsimus dedit vocem ſuam: & apparuérũt fontes aquârum, alleluia. Secreta.

SVſcipe Dómine fidéliũ preces cũ oblatiónibus hoſtiárũ: vt per hæc piæ deuotiônis officia, ad cæléſtẽ glóriam tranſeâmus. Per Dominum.

Col.3. Cómunio. Si conſurrexíſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs alleluia: quæ ſurſum ſunt ſapite, alleluia. Poſtcommunio.

COncêde, quęſumus ómnipotens Deus: vt paſchális percéptio ſacraménti, continua in noſtris méntibus perſeruêret. Per Dóminum.

## FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctum Laurentium extramuros. Introitus.

Mat. 25. VEníte benedícti patris mei percìpite regnum, Alleluia: quod vobis parátum eſt ab origine mundi, Alleluia, alleluia alleluia. Pſal. Cantâte Dómino cantìcum: nouum cantâte Dño omnis terra. ℣. Glória patri & filio. Oratio.

DEus, qui nos reſurrectiônis Domínicæ annua ſolennitâte lætíficas: concêde propitius: vt per tẽporália feſta quæ agimus, peruenîre ad gaudia ætérna mereâmur. Per eúndem.

Ab hac die vſque ad octauam poſt Oratiônem diei, dicitur vna ex ſequẽtibus Orationibus tantum.

Cõtra perſecutores Eccleſiæ. Oratio.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dñe prẽces placâtus admitte: vt deſtrúctis aduerſitatibus, & erróribus vniuérſis, ſecúra tibi ſeruiat libertâte. Per Dóminum. Vel pro Papa.

DEus ómnium fidélium paſtor & rector, famulum tũ N. quẽ paſtôrẽ eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti propítius réſpice: da ei, quæſumus, verbo & exémplo quibus præeſt, proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credító, perueniat ſempitérnam. Per dñm.

Lectio actuum Apoſtolorum.

IN diêbus illis: Apériens Petrus os ſuum, dixit. Viri Iſraelitæ & qui timẽtis Deum, audíte. Deus Abraham & Deus Iſaac, & Deus Iacób, Deus patrum noſtrôrum glorificâuit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradiſtis & negâſtis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti. Vos autem ſanctum & iuſtũ negaſtis, & petiſtis virũ homicídã donàri vóbis: auctôrem verò vitæ interfeciſtis, quẽ Deus ſuſcitàuit à mórtuis, cuius nos teſtes ſumus. Et nũc fratres ſcio quia per ignorantiam

tiam feciſti, ſicut & principes veſtri Deus auté qui prænũciauit per os òmnium prophetarum, pati Chriſtũ ſuũ: impleuit ſic. Pœnitémini igitur, & cõuertimini: vt deleátur peccata veſtra

7. Graduale. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultémus, & lætêmur in ea ℟. Dextera Dómini fecit virtũtem: déxtera Dómini exaltauit me, dextera Dómini fecit virtũtem.

Alleluia, Alleluia. ℣. Surrexit Dómi-
4 nus vere: & appáruit Petro.

Sequentia Victimæ Paſchali, vt ſupra in Dominica.

### Sequéntia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo témpore Manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberíadis. Manifeſtáuit autem ſic: Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piſcári. Dicunt ei. Venîmus & nos tecum Et exiérunt & aſcenderũt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, ſtetit Ieſus in litore: non tamen cognouérunt diſcipuli quia Ieſus eſt Dicit ergo eis Ieſus. Púeri, nunquid pulmentarium habétis? Reſponderunt ei Nõ. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inueniétis. Miſerunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitúdine piſciũ. Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, Petro. Dóminus eſt. Simon ergo Petrus cum audiſſet quia Dóminus eſt: tunicam ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venérunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cúbitis ducentis) trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas póſitas, & piſcem ſuper poſitum, & panem. Dicit eis Ieſus. Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centũ quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus. Venîte, prandête Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogáre eũ, Tu quis es? ſcientes quia Dñs eſt. Et venit Ieſus, & accépit panem, & dabat eis: & piſcẽ ſimiliter. Hoc iam tértiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cum reſurrexiſſet à mórtuis.

Credo. Offertorium. Portas cœli P 77
apèruit Dóminus: & pluit illis mãna vt éderét panem cœli dedit eis: panẽ angelôrum manducauit homo, Alleluia.

Secreta.

SAcrificia Dómine, paſchálibus gaudijs immolâmus: quibus eccléſia tua mirabiliter & paſcitur & nutrîtur. Per Dóminum.

Alia Secreta.

PRótege nos Dñe tuis myſterijs ſeruiẽtes: vt diuinis rebus inhærẽ-

tes, & corpore tibi famulémur, & méte. Per Dóminum noſtrum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quæſumus Dñe, placáre munéribus: & famulũ tuum N. quem paſtórem eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti, aſsidua protectióne gubérna. Per Dóminum.

Ro. 6. Communio. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nõ móritur, alleluia: mors illi vltrà non dominabitur, Alleluia, Alleluia.

Poſtcommunio.

ABomni nos, quęſumus Dómine vetuſtáte purgatos: ſacramenti tui veneránda perceptio in nouã trãsferat creatúram. Qui viuis.

Alia Poſtcommunio.

QVæſumus Dñe Deus noſter: vt quos diuina tribuis participatióne gaudere, humanis nõ ſinas ſubiacére periculis. Per Dóminum.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæſumus Dómine diuini ſacramẽti percéptio prótegat & famulum tuum N. quem paſtórẽ eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, vnà cũ commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper & múniat. Per Dóminum.

## FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos.

Introitus.

Sap. 10 VIctrícem manũ tuam Dómine laudauérunt pariter, Alleluia: quia ſapiẽtia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit diſertas: Alleluia, alleluia.

Pſ. 97. Pſalm. Cantate Dómino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Glória patri.

Oratio.

DEus, qui diuerſitátem géntium in confeſsióne tui nominis adunáſti: da: vt, renatis fõte baptiſmatis vna ſit fides méntium, & pietas actiónum. Per Dóminum.

Vel. Eccleſiæ tuæ. vel, Deus ómnium. vt in Feria præcedenti.

Léctio actuum Apoſtolórum.

IN diébus illis: Angelus Dómini locútus eſt ad Philippum, dicés. Surge & vade contra meredianum, ad viam quæ deſcéndit ab Hieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta. Et ſurgés ábiit. Et ecce, vir æthiops eunúchus, potens Candacis reginæ Æthiopum qui erat ſuper omnes gazas eius: venerat adoráre in Hieruſalem: & reuertebátur ſedens ſuper currum ſuum legénſque Iſaiam prophétam. Dixit autem Spíritus Philippo. Accéde, & adiunge te ad currum iſtum. Accurrens autem Philippus, audíuit illum legéntem Iſáiam prophétam: & dixit. Putáſne intelligis quæ legis? Qui ait. Et quómodo poſſum, ſi non áliquis oſtenderit mihi? Rogauitque Philippum, vt aſcenderet, & ſederet ſecum. Locus autem ſcriptúræ quam legébat, hic erat. Tanquam ouis ad occiſiónem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic nõ aperuit os ſuum. In humilitáte iudicium eius ſublátum eſt. Generatiónem eius quis enarrábit? quóniam tollétur de terra vita eius. Reſpóndés autem eunúchus Philippó, dixit.

Obſcero, te, de quo ꝓphêta dicit hoc de ſe, an de álio áliquo? Apériens aũtem Philippus os ſuum, & incipiens à ſcriptura iſta, euãgelizâuit illi Ieſum. Et dũ irent per viã, venèrunt ad quã dã aquã: & ait eunûchus. Ecce aquá, quis próhibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et reſpõdẽs, ait. Credo filiũ Dei eſſe Ieſum Chriſtum. Et iuſsit ſtare currum: & deſcendérunt vtèrq; in aqúã, Philippus & eunûchus: & baptizáuit eũ. Cúm autem aſcendiſſent de aqua, Spíritus dñi rapuit Philíppũ, & amplius non vidit eũ eunûchus. Ibat autẽ per viã ſuam gaudẽs. Philippus autem inuẽntus eſt in Azóto. Et pertránſiens euágelizàbat ciuitàtibus cũ ctis (donéc venîret Cæſareã) nomen
17. Dòmini Ieſu Chriſti. Graduale.

Hæc dies quam fecit Dñs: exultemus & lętêrmur in ea. ℣ Lapidẽ quẽ reprobauérunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli: à Dómino factũ eſt iſtud, & eſt mirábile in óculis noſtris Alleluia, alleluia. ℣ Surrexit Chriſtus, qui creáuit ómnia: & miſertus eſt humano géneri. Sequentia Victimæ Paſchali. vt ſuprà in Dominica.

Sequentia ſancti euangelij ſecũdum Ioánnem.



In illo tempore: Maria ſtabat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinâuit ſe, & proſpéxit, in monuméntum. Et vidit duos ángelos in albis, ſedéntes, vnum ad caput & vnũ ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei illi. Múlier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulérunt Dóminum meum: & neſcio vbi poſuérunt eum. Hæc cúm dixíſſet, conuerſa eſt retrórſum, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciébat quia Ieſus eſt. Dicit ei Iéſus, Múlier, quid ploras? Quem quæris? Illa exíſtimans quia hortulânus eſſet, dicit ei. Dómine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dícito mihi vbi poſuíſti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus. María: Conuérſa illa, dicit ei. Rabboni, quod dícitur magiſter. Dicit ei Ieſus. Noli me tangere. Nõdum enim aſcẽdi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis. Aſcèndo ad patrem meum & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Venit María Magdalénæ annúncians diſcípulis: qui vidi Dóminum, & hæc dixit mihi.

Credo. Offertorium. In die ſolẽnitâtis veſtræ, dicit Dóminus, indúam vos in terram fluẽntẽ lac & mel, Alleluia. Exo13

Secreta.

Vſcipe, quæſumus Dómine, múnera populôrũ tuórum propìtius vt confeſsiône tui nóminis, & baptiſmate renouáti ſempiternam beatitúdinem cõſequántur. Per Dóminum.

Vel, Prótege nos. Vel, Oblátis. vt in Feria præcedenti. Cõmunio. 1.Pe.2.

Pópulus acquiſitionis annunciâte virtútes eius, Alleluia: qui vos de tenebris vocâuit in admirabile lumen ſuum Alleluia. Poſtcommunio.

Exáudi

EXáudi Dòmine préces noſtras, vt redemptiônis noſtrę ſacro ſancta commércia, & vitæ nobis cònferát præſentis auxilium, & gáudia ſempitérna concilient. Per Dominum.

Vel Quęſumus Dómine. Vel Hęc nos. vt in Feria præcedenti.

## FERIA SEXTA.

Statio ad ſanctá Mariam rotundam

Introitus.

Pſ.77. EDúxit eós Dóminus in ſpe, Alleluia: & inimicos eôrum opéruit mare: Alleluia, allelu

Ibidé ia, alleluia. Pſalm.

Attendite pópule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Glória patri.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui paſchale ſacramêntum in reconciliatiônis humánæ fœdere contuliſti: da méntibus noſtris, vt quod profeſsiône celebrâmus, imitêmur effectu. Per Dòminum.

Vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus òmnium. vt in iiij. Feria præcedenti.

Lectio epiſtolæ beati Petri. Apoſtoli.

1.Ca.3. CHariſsimi: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mórtuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidẽ carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo & his qui in cárcere erat ſpiritibus, veniens prædicáuit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patiéntiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca in qua pauci, id eſt octo ánimæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium: ſed conſciéntiæ bonæ interrogátio in Deum, per reſurrectiônem Ieſu Chriſti Dómini noſtri, qui eſt in dextera Dei.

Graduale. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nómine Dómini: Deus Dóminus & illúxit nobis. Alleluia, alleluia. ℣. Dícite in géntibus: quia Dóminus regnâuit à ligno. Sequentia. Victimæ Paſchâli, vt ſupra in Dóminica: & in fine Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tèmpore: Vndecim diſcipuli abiérunt in Galilæam, in mõtem vbi conſtituérat illis Ieſus. Et videntes eum adorauérunt: quidam autem dubitauérunt. Et accédens Ieſus locutus eſt eis, dicens. Data eſt mihi omnis potéſtas in cœlo & in terra. Eúntes ergo, docête omnes gentes baptizántes eos: in nómine patris & filij & ſpiritus ſancti: docéte eos ſeruâre ómnia quęcunque mandáui vobis. Et ecce ego vobiſcũ ſum ómnibus diebus, vſq; ad conſummatiônem ſeculi.

Credo. Offertorium. Erit vobis hæc dies memoriâlis, Alleluia: & dié feſtum celebrâbitis ſolénnem Dòmino in progénies veſtras: legitimum ſempiternum diem. Alleluia, alleluia alleluia. Secreta.

HOſtias, quæſumus Dómine, placatus aſſume: quas & pro renatórum expiatióne peccati deferimus, & pro acceleratióne cæleſtis auxílij. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

Vel Prótege nos. vel Oblatis. vt in iiij. Feria præcedenti. Cómunio.

1.82 Data eſt mihi omnis potéſtas in cœlo & in terra, alleluia: eúntes, docéte ómnes gentes, baptizántes eos, in nómine patris & filij & ſpiritus ſancti, Alleluia. Poſtcómunio.

REſpice, quæſumus Dómine, pópulum tuum: & quē æternis dignâtus es renouâre myſterijs, à tēporalibus culpis dignáter abſolue. Per dñm.

Vel. Quæſumus Dómine. vel Hæc nos. vt in iiij. Feria præcedenti.

## SABBATO IN ALBIS.

17 Statio ad ſanctū Ioānem in Laterano.

Introitus.

04 EDúxit Dóminus pópulum ſuum in exultatióne, Alleluia: & eléctos ſuos in lætitia, Alleluia, alleluia.

6. Pſalm. Confitémini Dómino, & inuocâte nomen eius annunciate inter gentes ópera eius. ℣. Gloria patri.

Oratio.

COncêde, quæſumus omnípotēs Deus, vt qui feſta paſchália venerándo égimus: per hæc cōtíngere ad gaudia æterna mereámur. Per Dñm.

Vel, Eccleſiæ tuæ vel Deus ómnium. vt in iiij. Feria præcedenti.

Lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli.

CHaríſsimi: Depónentes omnē malítiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inſidias, & oēs detractiónes: ſicut modó géniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite: vt in eo creſcâtis in ſalûtem: ſi tamen guſtatis, quóniam dulcis eſt Dóminus. Ad quem accedéntes, lapidem viuum: ab hominibus quidem reprobâtum, à Deo autē electum & honorificâtum: & ipſi tanquā lapides viui ſuper ædificámini, domus ſpiritualis, ſacerdótium ſanctū, offeréntes ſpirituales hóſtias, acceptábiles Deo per Ieſum Chriſtum. Propter quod cōtinet ſcriptúra. Ecce ponam in Sion lapidē ſummum angularē, probâtum, eléctum, prætióſum. Et qui crédiderit in illum, non confundetur. Vobis ígitur honor credéntibus Non credéntibus autem, lapis quē reprobauêrunt ædificantes, hic factus eſt in caput ánguli: & lapis offenſiónis & petra ſcandali, his qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & pôſiti ſunt. Vos autem genus eléctum, regâle ſacerdótiū, gens ſancta, pópulus acquiſitiônis: vt virtútes eius annunciētis, qui de ténebris vos vocâuit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquándo non pópulus: nūc autem pópulus Dei. Qui non conſecûti miſericórdiam: nunc autem miſericórdiam conſecúti. Cap.2.

Ab hac die vſque ad octauam Pentecoſtes, tam in Officio de tempore, quā de Sanctis, non dicitur Graduale: ſed eius loco dicuntur duo verſus cum quatuor Alleluia, ordine infra-

ſcriptō: præter quàm in Miſsis Roga
tionum, & Vigiliæ Pentecoſtes: in qui
bus dicitur vnum, alleluia cum vno
verſu: ſimiliter & poſt quam libet pro
phetiam in Sabbato. Quatuor tempo
rum poſt pent. Alio tempore vſq; ad
Septuageſimam quando dicitur Gra
duale, dicuntur tria, Alleluia poſt Gra
duale, bis ante verſum, & ſemel poſt
verſū, cúm autem dicitur Sequentia,
Pſ.117. Alleluia, quod dicendū eſſet poſt ver
ſum, dicitur poſt Sequentiá, Alleluia
alleluia. ℣. Hæc dies quam fecit Dó
minus: exultêmus & lætemur in ea.
Pſ.112. Alleluia. ℣. Lauda te pueri Dñm, lau
date nomen Dómini. Sequentia. Vi
ctimæ Paſchali, vt ſupra in Dómini-
ca, & in fine Alleluia.

Sequentia ſancti euangélij ſecúndum Ioánnem.

Ca.20. IN illo témpore: Vna ſabbati, Maria Magdalenę venit mane cúm adhuc tenebræ eſſent, ad monuméntum: & vidit lápidem ſublatum à monuménto. Cucúrrit ergo, & venit ad Simônem Petrum, & ad alium diſcipulum quem diligebat Ieſus: & dicit eis. Tulerunt Dóminum de monuménto: & neſcímus vbi poſuérunt eum. Exiit ergo Petrus & ille álius diſcipulus, & venérunt ad monuméntum. Currébant autem duo ſimul: & ille álius diſcipulus præcúcurrit cìtius Petro, & venit primus ad monuméntum. Et cùm ſe inclinaſſet, vidit linteamina pósita: non tamen introîuit. Venit ergo Simon Petrus ſequés eum, & introîuit in monuméntum: & vidit linteamina pósita, & ſudàrium quod fúerat ſuper caput eius, non cum linteamínibus pósitum, ſed ſeparâtim inuolútum in vnum locum. Tūc ergo introîuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentū: & vidit, & crédidit. Nōdum enim ſciebant ſcriptúras, quia oportebat eum à mórtuis reſúrgere.

Offertorium. Benedictus qui venit Pſ.11
in nómine Dñi: benediximus vobis de domo Dñi: Deus Dñs & illùxit nobis, Alleluia, alleluia. Secreta.

COncede, quæſumus Dómine, ſemper nos per hæc ſacra myſtéria paſchalia gratulari: vt cōtinua noſtræ reparationis operatio, perpétuæ nobis fiat cauſa lætitiæ. Per Dóminum.

Vel Protege. vel Oblatis, vt in Feria præcedenti. Communio. Gal.
Omnes qui in Chriſto baptizáti eſtis, Chriſtum induiſtis, Alleluia.

Poſtcommunio.

REdemptiônis noſtræ múnere vegetáti, quæſumus Dómine, vt hoc perpétuæ ſalútis auxilio, fides ſemper vera proficiat. Per Dóminum.

Vel Quæſumus Dómine: vel Hæc nos vt in Feria præcedenti.

## DOMINICA OCTAVA Paſchæ.

Statio ad ſanctum Pancratium.

Introitus.

QVaſi modó géniti infántes alleluia: rationabiles ſine dolo: lac cōcupiſcite, Alleluia alleluia. Pſal. Exultate Deo adiutóri noſtro: iubiláte Deo Ia 1.Pe Pſ.8

col

cob. ℟. Glória patri. **Oratio.**

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt qui paſchália feſta perégimus: hæc te largiénte, móribus & vita teneâmus. Per Dóminum.

**Lectio epiſtolæ beati Ioannis apóſtoli.**

a.5. CHaríſsimi: Omne quod natum eſt ex Deo: vincit mundum. Et hæc eſt victória quæ vincit mundum: fides noſtra. Quis eſt autem: qui vincit mundum: niſi qui credit, quóniam Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus. Non in aqua ſolúm: ſed in aqua & ſanguine. Et ſpíritus eſt, qui teſtificátur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quóniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cęlo: pater, verbum, & ſpíritus ſanctus: & hi tres, vnum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimóniũ dant in terra ſpíritus, aqua, & ſanguis: & hi tres, vnũ ſunt. Si teſtimónium hóminum accipimus: teſtimónium Dei maius eſt. Quóniam hoc eſt teſtimónium Dei quod maius eſt: quia teſtificâtus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei: habet teſtimónium Dei in ſe.

att: Alleluia, alleluia. ℣. In die reſurrectiônis meæ, dicit Dóminus, præcêdam vos in Galilęam. Alleluia. ℣.
.20 Poſt dies octo, ianuis clauſis, eſtetit Ieſus in médio diſcipulôrum ſuôrum, & dixit: pax vobis. Alleluia.

**Sequentia ſancti euangelij ſecúndum Ioannem.**

20. IN illo témpore: Cum eſſet ſero die illa. vna ſabbatôrum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregâti propter metum Iudæôrum: venit Ieſus, & ſtetit in médio eôrum, & dicit eis. Pax vobis. Et cúm hoc dixiſſet oſténdit eis manus & latus. Gauíſi ſũt ergo diſcípuli viſo Dómino. Dixit ergo eis íterum. Pax vobis. Sicut: miſit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit: & dicit eis. Accipite ſpíritum ſanctum: quorum remiſeritis peccâta, remittúntur eis: & quorum retinuéritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Dídymus, non erat cum eis, quádo venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcípuli. Vidimus Dóminum. Ille autem dixit eis. Niſi vídero in mánibus eius fixúram clauôrum & mittam digitum meum in locum clauôrum, & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, íterum erant diſcípuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in médio, & dixit. Pax vobis Deinde dicit Thomæ. Infer dígitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meũ: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei. Dóminus meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thóma, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderũt. Multa quidem & ália ſigna fecit Ieſus in conſpéctu diſcipulôrum ſuôrum, quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt filius Dei: & vt credentes, vitam habeâtis in nómine eius.

Mat.28 Offertorium. Angelus Dñi deſcéndit de cœlo, & dixit muliéribus. quem quæritis, ſurrexit ſicut dixit, Alleluia. Secreta.

SVſcipe múnera, quæſumus Dñe, exultántis Eccléſiæ: & cui cauſam tanti gaudij præſtitiſti, perpétuæ fructũ concéde lætitiæ. Per Dóminum.

Ioá.20 Communio. Mitte manum tuam, & cognóſce loca clauórum, alleluia: & noli eſſe incrédulus, ſed fidélis, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

QVæſumus, Dómine Deus noſter: vt ſácroſacta myſtéria, quæ pro reparatiónis noſtræ munímine contuliſti, & præſens nobis remédium eſſe facias & futúrum. Per Dñm.

A feria ij. poſt octauã Paſchæ, vſque ad Aſcenſionem, poſt Orationẽ diei dicuntur Orationes ſequentes, ſi non eſt Feſtum duplex.

De beata Virgine Oratio.

COncéde nos famulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpetua mentis & córporis ſanitáte gaudére: & glorioſæ beátæ Mariæ ſemper virginis interceſsióne, à præſenti liberári triſtitia, & ætérna perfrui lætitia.

Contra perſecutores Eccléſię.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus Dñe, preces placát' admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erróribus vniuerſis, ſecúra tibi ſeruiat libertáte. Per Dñm.

Vel Pro Papa.

DEus ómnium fidéliũ paſtor & rector, famulũ tuũ N. quem paſtórẽ eccleſiæ tuæ præéſſe voluiſti, propitius réſpice: da ei quæſumus, verbo & exémplo quibus præéſt, proficere: vt ad vitá, vnà cũ grege ſibi crédito, perueniat ſempitérnam. Per Dóminum.

De beata Virgine. Secreta.

TVa Dómine propitiatióne, & beátę Marię ſemper virginis intercesſióne, ad perpetuam atque præſentem, hæc oblatio nobis proficiat, proſperitátem & pacem.

Cótra Perſecutores Eccléſię. Secreta.

PRótege nos Dómine tuis myſtérijs ſeruiéntes: vt, diuinis rebus inhæréntes, & córpore tibi famulémur, & mente. Per Dñm. Vel pro Papá.

OBlátis, quęſumus Dómine, placáre munéribus: & famulum tuum N. quem paſtórem eccleſiæ tuæ præéſſe voluiſti, aſsidua protectióne gubérna. Per Dóminum.

De beata Virgine. Poſtcõmunio.

SVmptis Dómine ſalútis noſtræ ſubſidijs, da, quæſumus, beátę Mariæ ſemper virginis patrocinijs nos vbique prótegi: in cuius veneratióne, hæc tuæ obtúlimus maieſtati.

Contra perſecutores Eccléſiæ.

Poſtcommunio.

QVæſumus Dómine, Deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatióne gaudére, humánis non ſinas ſubiacére periculis. Per Dñm.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæſumus Dñe, diuíni ſacraménti percéptio prótegat: & famulum tuum N. quem paſtórem Eccleſiæ tuæ præéſſe voluiſti: vnà cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper & múniat. Per Dóminum.

## DOMINICA SE-
## cunda poſt Paſcha.

### Introitus.

MIſericórdia Dómini plena eſt terra, al 2.
leluia verbo Dómini cœli firmáti ſunt alleluia, alleluia alleluia. Pſal. Exultâte iuſti in Domino: rectós decet col- 6.
laudatio. ℣. Glória Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitâte, iacéntem mundum erexìſti: fidélibus tuis perpétuam concêde lætitiã: vt quos perpétuæ mortis eripuiſti cáſibus, gáudijs facias ſempitérnis pérfrui. Per Dóminum noſtrum.

Aliæ Orationes Concêde nos famulos tuos. Eccléſiæ tuæ: vel, Deus òmniũ fidélium paſtor. vt ſupra poſt Dominicam in octaua Paſchæ.

Léctio epiſtolæ beáti Petri, apoſtoli.

CHariſsimi: Chriſtus paſſus eſt
2. pro nobis, vobis relinquens exémplum, vt ſequámini veſtigia eius. Qui peccâtum non fecit: nec inuéntus eſt dolus in ore eius. Qui cum ma-
ati ledicerêtur, non maledicêbat. Cum paterêtur non comminabâtur. Tradébat autem iudicánti ſe iniúſtè. Qui
.2 peccâta noſtra ipſe pértulit in córpore ſuo ſuper lignum: vt peccátis mórtui, iuſtítiæ viuâmus. Cuius liuôre ſanáti eſtis. Erâtis enim ſicut oues er-... : ſed conuérſi eſtis nunc ad pa-
20 ... epíſcopum animârum ve-

Alleluia, alleluia. ℣. Cognouérunt diſcípuli Dóminum Ieſum in Luc.24
fractiône panis. Alleluia. ℣. Ego ſum paſtor bonus, & cognóſco oues meas Ioá.10
& cognòſcunt me meæ, Alleluia.

Sequéntia ſancti euangelij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus phariſæis. Ego ſum paſtor Ca.10.
bonus. Bonus paſtor ánimã ſuam dât pro óuibus ſuis. Mercenárius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues própriæ, videt lupum veniéntem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpérgit oues: Mercenárius autem fugit, quia mercenárius eſt: & non pértinet ad eum de óuibus. Ego ſum paſtor bonus & cognóſco oues meas, & cognòſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnóſco patrem: & animam meam pono pro óuibus meis. Et álias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas opórtet me addúcere, & vocem meam áudient: & fiet vnum ouíle & vnus paſtor.

Credo. Offertorium. Deus Deus meus ad te de luce vígilo: & in nómi Pſ.62.
ne tuo leuábo manus meas, alleluia.

Secreta.

BEnedictiônem nobis Dòmine cõferat ſalutâré ſacra ſemper oblátio: vt quod agit myſtério, virtûte perficiat. Per Dóminum noſtrum

Tua Dómine. prótege. vel, Oblátis. vt ſupra poſt Dóminicã in Octauam Paſchæ. Communio.

Ego ſum paſtor bonus, alleluia: & cognóſco

gnóſco oues meas, & cognóſcunt me meæ, Alleluia, alleluia. Poſtcómu.

PRæſta nobis, quæſumus omnîpotens Deus, vt viuificatiônis tuæ gratiam conſequéntes, in tuo ſemper múnere gloriêmur. Per Dóminum.

Sumptis Dómine. Quæſumus. vel, Hæc nos quæſum⁹. vt ſuprà poſt Dóminicam in Octaua Paſchæ.

## DOMINICA TERTIA poſt Paſcha. Introitus.

Pſa,65 IVbilâte Deo ōnis terra, alleluia: pſalmum dícite nòmini eius, alleluia: date glóriā laudi eius, alleluia, alleluia.

Ibidē Pſalm. Dícite Deo, quam terribília ſunt ópera tua Dómine? in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimìci tui. ℣. Glòria patri.

Oratio.

DEus, qui errántibus, vt in viam poſsint redire iuſtitiæ, veritàtis tuæ lumen oſténdis: da cunctis, qui Chriſtiana profeſsiône cenſentur, & illa reſpúere quæ huic inimíca ſunt nómini: & ea quæ ſunt apta ſectári. Per Dóminum noſtrum.

Aliæ Orationes. Concêde nos, Eccléſiæ. vel, Deus ómnium fidéliū. vt ſuprà poſt Dóminicam in Octaua Paſchæ.

Léctio epíſtolæ ſancti Petri apóſtoli.

1 Ca.2. CHariſsimi: Obſecro vos tanquā áduenas & peregrinos, abſtinère vos à carnálibus deſidérijs quæ militant aduerſus animam, conuerſatiônem veſtram inter gentes habéntes bonam: vt in eo quod detráctát de vobis tanquàm de malefactóribus, ex bonis opéribus vos conſiderántes, glórificent Deū in die viſitatiônis. Subiécti igitur eſtôte omni humánæ creaturæ propter Deum: ſiue regi, quaſi præcelléntí: ſiue dúcibus, tanquam ab eo miſsis ad vindíctam malefactórū. laudem verò bonôrum: quia ſic eſt voluntas Dei, vt bene faciéntes obmúteſcere faciâtis imprudéntium hóminum ignorántiam: quaſi líberi, & nō quaſi velâmen habéntes malítiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honoráte. Fraternitátem dilígite. Deum timête. Regem honorificâte. Serui ſubditi eſtôte in omni timôre dóminis, non tantum bonis & modéſtis, ſed étiam diſcolis. Hæc eſt enim gràtia, in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

Alleluia, Alleluia. ℣. Redemptiônem miſit Dominus pópulo ſuo, Alleluia. ℣. Oportébat pati Chriſtum, & reſurgere à mórtuis: & ita intrâre in glòriam ſuam, alleluia.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Módicum & iam non vidébitis me: & iterū, módicum & vidébitis me, quia vado ad patrē. Dixérūt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis: Módicū, & non vidébitis me: & íterū módicū, & vidébitis me, & quia vado ad patrem? Dicébant ergo: Quid eſt hoc quod dicit nobis Módicū? Neſcîmus